

tum dominice incarnationis ac passionis manifeste exprimit: ubi Judæorum persecutio, & innocentis Christi poena ac mors describitur.

COMMENTARIORUM
DIVI HIERONIMI
IN LAMENTATIONES
JEREMIAE
LIBER SECUNDUS.

Caput III.

ALEPH. *Ego vir videns paupertatem meam in ira indignationis ejus.* Conqueritur ergo populus fidelis paupertatem suam in correptione indignationis Domini: quia plorimus a statu recte fidei, & studio bonorum operum in tenebras erroris, & vitiorum barathrum cernit devolvi. Multi enim sunt vocati, pauci vero electi.

Aleph. *Me minavit & adduxit in tenebras, & non in lucem.* Hoc est, in tribulationem cadere permisit: & non in prosperitatem servavit.

Aleph. *Tantum in me veritatem & convertit manum suam tota die.* Hoc enim sentit iusti sententia decernente sibi juxta meritam sua evenire, quod se recolit propriis actionibus promereri. Illud tamen considerandum est quod dicit: Tantum in me veritatem & convertit manum suam. Convertitur enim semper in scripturis ponitur pro placare: ut est illud: *Convertete Domine aliquantulum: & deprecabilis esto super seruos tuos.* Veritatem enim Dominus manum suam, quando justi in reos debitam ultimationem immittit. Et convertit manum suam quando misericorditer a vindicta sententiam suspendit. Scriptum est enim de illo, *Dominus mortificat & vivificat, humiliat & sublimat.* Er in Deuteronomio dicit: *Ego occidam, & ego vivere faciam.*

Beth. *Vetus amaritudo pellit meam: contrivit osa mea.* In pelle carne, exteriora & mollia queque exprimit: in ossibus, robur internum. Vetus ergo fecit Dominus pellitum Iudeorum & carnem, quando in exterioribus rebus per indigentiam fecit deformem. Contrivit osa eorum, quando duritiam mentis eorum communuit. Hinc quoque per beatum Job dicitur: *Cutis mea denigrata est super me: & osa mea aruerunt præ cauam.*

Beth. *Edificavit in gyro meo, & circumdedit me felle & labore.* Quid est edificare in gyro, nisi undique pressuram coarctare? Et quid est circumdare felle & labore, nisi amaritudine, & labore repletum coangustare? Unde & subdit:

Beth. *In tenebris collocavit quasi mortuos sempiternos.* In tenebris collocavit quasi mortuos sempiternos, quando omni solatio desitit, nullam finit de presenti vita consolationem sperare afflictos. De quo adhuc subdungit:

Gimel. *Circumadiebat adversum me, ut non egrediar: aggrevavit compedem meum.* Cum adversum se obsidionem vallo & aggeribus circumadiebat conspicit, compedem suum aggravatum afferit: quia ejus exitum quomodo calamitatem evadat, non inventit. Quod sanctus Job similibus verbis exprefit, dicens: *Semitam meam circumsepsit, ita ut transire non possim: & in calle meo tenebras posuit.* Quod ad infirmum quoque membra sanctæ Ecclesiæ non incongru interfert, quando per hoc quod prave sece egisse meminerunt, a bono opere retardantur: & ex infirmitate propria timidi, bona contra haec fortia aggredi non praesumunt. Timent enim magna bona incipere, qui se in suis actibus infirmos esse meminerunt. Et cum plorunque etiam bonum quod eligant, nesciunt: quasi in calle suo postas tenebras perhorrescant. Nam semper ita de suo opere fit animus incursum, ut ignorentiō quid virtus, quid culpa sit. In calle ergo suo tenebras invenit, qui in his quæ agere appetit, quid eligere debet nescit. Quia igitur semper infirmitate: nonnunquam vero ignorantia peccatur: ex infirmitatis membris dicit: *Semitam meam circumsepsit, & transire non possum.* Ex eis vero quæ ad ipsum opus bonum quod eligunt, caligant, subditur: *Et in calle meo tenebras posuit: Ea pena*

etenim culpæ est, videre bonum quod agere debeat, & tamen implere non posse: & rursum ex graviore pena culpa est quid agere debeat, nec videre. Unde & contra hæc utraque psalmista voce dicitur: *Dominus illuminatio mea, & cetera.* Contra ignorantiae enim tenebras illuminatio: contra infirmitatem vero falsus est Dominus: quando & ostendit quid debeat ad agendum appeti, & vires præbēt: ut quod ostenderat, possit implere.

Gimel. *Sed & cùm clamavero & rogavero, exclusit orationem meam.* Omnipotens Deus quid nobis profuturum esse valeat sciens, dissimilat exaudire dolentium vocem, ut augeat utilitatem, ut purgetur vita per poenam: & quietis tranquillitas, quia hic inventari non valet, alibi queratur. Sed hanc dispensationem gratiam nonnulli etiam fidelium ignorant. Ex quorum etiam persona ad beatum Job alibi dicitur: *Ecce clamabo vim patiens, & nemo audiet: vociferor, & non est qui judicet.* Non est enim qui judicare dicatur, quando dicimus dissimilat ipse qui est: quia causam nostram contra adversarium præter eum qui judicet non est: ne tantum hos sine judicio non est, quod judicium differunt: quia & cùm hæc beatus Job diceret, & sancti viri merita, & adversarii poena crescebat. Hoc ipso ergo judicium judicis differre fuit, ut singuli juxta merita sua condignam mercedem recipenter.

Gimel. *Conclusit vias meas lapidibus quadratis, semitas meas subvertit.* Ut ostenderet se validis tribulationibus coarctatum, lapidibus quadratis se clausum dicit: & semitas gressuum suorum subverat: quia petra solidam formam quadratam habentes ubicumque posita fuerint, fixæ jacent: nec alibi relabi possunt. Mystice autem electorum populus lapidibus quadratis apud iniquum concluditur: cùm ejus caro antiqui hostis persecutionibus temporaliter datur. Cujus semitas subvertit: quia tormenta sua eum evadere non permittit: nec contentus est colummodo carnem cruciatibus affligere: immo etiam dolio, & infidis eius animam funditus querit subvertere. Unde subdungit.

Daleth. *Ursus insidians factus est mihi, leo in absconditis.* Per duas bestias ferociissimas, nimis dolosam & crudellem persecutionem antiqui hostis exprimit: qui per ministros suos, alium blandimenti, alium minis, alium vero supplicis à semita recte fidei subvertit: & à spe coelectis auxiliis quasi desolatos atterere cupit. Unde sequitur:

Daleth. *Semitas meas subvertit & confregit: posuit me desolatam.* De hiis leonis infidis Propheta in psalmis teatatur, dicens: *Sedet in infidis cum divitibus in occultis.* Actus antichristi latronum confundendi comparavit: qui occultas vias infidenit, ut interficiant innocentes.

Daleth. *Tetendit arcum suum: & posuit me quasi signum ad sagittam.* Hoc est, sententiam judicis sui in me detexit: & certo istu castigationis corripuit. Arcus autem nominis in sacro eloquio aliquando malorum infidile, aliquando dies judicij, aliquando vero ipsa eadem sacra eloqua designantur. Per arcum quippe, infidis figurantur: sicut per psalmistam dicitur: *Intendenter arcum, rem amaram.* Per arcum quoque, judicij dies designatur: sicut per eundem rursum psalmistam dicitur: *Ostendisti populo tuo dura: potasti nos vino compunctionis.* Dediti metuentibus te significationem, ut fugiant à facie arcus. In arcu enim quanto longius trahit chorda, tanto de eo distictior exit sagitta. Sed nimis sic extremi judicij dies, quanto longe differtur ut veniat, tanto cùm veneri de illo distictior sententia procedit. Idcirco autem diversis nunc cladi bus percutimus ut his correcti, paratiore tunc inventri valeamus. Unde illuc præmissum est: *Ostendisti populo tuo dura: flagella videlicet secuili, quæ securum gravius judicij diem præcurrunt.* Potasti nos vino compunctionis, ut terrena gaudia in lachrymis verterentur. Dediti metuentibus te significationem, ut fugiant à facie arcus: ac si diceret: hoc tempus misericordie est, illud judicij erit. Per ista ergo hujus temporis flagella significans, quomodo tunc persecuturus es, quando non parceris: *qui sic distictè modo percūs, quando parcis?* Aliquando autem per arcum etiam facula scriptura designatur. Ipsa quippe arcus Ecclesiæ, ipsa arcus Domini: de quo ad

corda hominum sicut ferientes sagittæ, sic terrentes sententiae veniunt. Unde recte per psalmistam dicitur: *Arcum suum tetendit, & paravit illum: & in eo paravit vasa mortis: sagittas suas ardentibus efficit.* Arcum namque suum Dominus tetendit: quia cunctis peccatoribus per scripturam sacraminas exhibuit. In quo arcu scilicet vasa mortis preparat: quia secundum eloquio sui sententiam, eos qui nunc corrigit negligunt, reprobos damnat. In quo etiam sagittas suas ardentibus efficit: quia ad eos quos per terrorem corrigit, accentus verborum sententias emitunt. Et posuit me, inquit, quasi signum ad sagittam. Constat nimis quid idcirco signum ponit, ut sagittarum emissione feratur. Fidelis itaque populus in signum hosti suo est positus: quia eum semper suis iudicibus impetrat, eum suis persecutionibus affligit. Qui enim in hac vita assidue mala tolerat, velut in signo positus, iactus suscipit ferientes. Unde & predicatoris egregii, cum persecutione aliquando interni accipi sensus solent: de sanctis enim prædicatoribus, sponsa dictum est: *Dentes tui sicut greges tonsuram, que alcenderunt de lavacro.* Unde & uni eorum offensio in figura gentibus dicitur: *Macta & manduca, id est, vestitatem earum contineat: & in corpus Ecclesie videatur, & tua membra converte.* Rursum quia dentes, interiores sensus accipi solent, Jeremias Propheta nunc testatur, dicens: *Fregit ad numerum dentes meos.* Per dentes enim cibis frangitur ut glutinatur. Unde non immorit dentibus inter nos sensus accipimus: qui singula que cogitant quasi mandunt, & communuant: atque ad ventrem memoria transmittunt. Quos Propheta ad numerum fractos dicit: quia juxta mensuram uniuscuiusque peccati, intelligentia cæcitas generatur in sensibus: & secundum quod quisque egit exterius, in eo obstupescit quod interius atque in invisibilibus intelligere potuit. Unde recte & scriptum est: *Omnis homo qui comedet uvam acerbam, obstupescit dentes ejus.* Quid namque uva acerba, nisi peccatum est? Uva quippe acerba, est fructus ante tempus. Quisquis enim presentis vite delectationibus sat: si desiderat, quasi fructus ante tempus comedere festinat. Qui igitur uvan acerbam comedit, dentes ejus obstupescunt: quia qui presentis mundi delectatione pascitur, interni ejus sensus ligantur: ut jam spiritualia mande, id est, intelligere nequeat: quia unde in exterioribus delectanti sunt, inde in intimis obstupescunt. Et dum peccata Dominus videt, & tamen manum ad vindictam non commovet, quasi clausam pharetram tenet: sed feriendo indicat: quantum ei in nobis displaceat, hoc quod diu videtur. (ut diximus) inter nos sensus accipimus. Considerare magno pere quid agere iusti soleam, debemus: qui plorunque si quia in se quomodolibet carnalia esse reprehendunt, haec internis sensibus retractantes, vehementer in semetipsis infestunt. Afflictiones se conterunt magnisque cruciatis, vel minimis in se prava dijudicant, atque haec per penitentiam damnant: quod idcirco agunt, ut in conspectu aeterni iudicis, & ipsi inventuri inquantum est possibile, irreprehensibilis debeat: & hi qui eos sic se judicare conspicunt, emendare semetipsos a culpis gravioribus inardescant. Cibavit, inquit, me cinere, hoc est, fragili & minus utili sustentabat me ciborum adminiculare.

He. *Factus sum in derisum omni populo meo, canonicis tota die.* Derisionem populi sui Propheta passus est, quando veribus ejus non crediderunt: imo repugnabant dicentes ad eum: *Mendacium tu loqueris: non misit te Dominus Deus noster.* Aut his verbis illud sanctæ Ecclesiæ tempus exprimitur, quo publicè reprobus irridebunt, quando iniqui credentibus in opprobrium fides, & veritas erit in crimen. Tantum quippe uniuersus despectior erit, quanto justior esse poterit: tanto abominabilis, quanto laudabilis. Sancta quippe electorum Ecclesia afflictions tempore proverbiū pravis efficit: quia cum bonos mori per tormenta conspicunt, ab eis similitudinem maledictionis sumunt. Quo enim transitoriam mortem vident, sed permanentem vitam non vident: tanto magis derident mala presentia fugiunt, quanto per intellectum intrinsecus ad bona permanentia non pertingunt. Sed sancta Ecclesia scit in passiblibus crederet: atque inter opprobria honorabilem vitam tenere. Scit nec de adversis dejeti, nec de proferitis gloriarī. Novit circa prosperitatem suam in dejectione sternere: novit contra adversa, animum ad spem superni culminis exaltare. Scit bona sua misericordia redemptoris: scit mala sua iustitiae retribuere iudicis, quod & bona illo largiente habeat, & mala illo permittente patiatur.

He. *Replevit me amaritudinis: & inebriavit me absinthio.* Amaritudine repleteur se Propheta afferit: quia non tam de sua calamitate quam de contritione populi sui dolore anxius est. Unde trahit ad similitudinem potionis amaritudine herbe: quia valde afflictum se videt inimicorum devastatione. Mystice autem Jeremias totius in se humana conversionis speciem tenet, per lamentum queritur, dicens: *Inebriavit me absinthio.* Ebrios quisque quod patitur, nescit. Qui vero absinthio inebriatur, & hoc quod sumptus, amarum est: & tamen non intelligit eandem amaritudinem qua repleteur. Humanum quoque genus recto Dei iudicio in calamitatibus suis sibi dimidium, atque per easdem volvates spontaneis tribulationibus traditum, absinthio est ebrium: qui & amarum sunt, quæ pro hujus vita amore tolerat: & tamen eandem amaritudinem cæcitate cupiditatis quaifinquantur.

Zain. *Recordare domine paupertatis, & transgressionis mea, absinthii & fellis.* Mutata locutione ad ipsum Dominum pro populi calamitate Propheta orationis verba convertit: ut ipse qui flagella peccantibus iuste intor sit, afflictis opem misericorditer impendat. Propter transgressio nem ergo ad paupertatem venierunt: & amaritudinem vastationis, & captivitatis, quae absinthii, & fellis nomine exprimunt, pati meruerunt. Sed quia divinitatis natura clemens est & pia, magisque ad indulgentiam quam ad vindictam prona: quia non vult mortem peccatoris, sed ut convertatur & vivat: si quis post lapsum peccatorum ad veniam penitentiam le convertit, citò à misericorde judice veniam impetravit: quod & Propheta in sequentibus ostendit, cùm dicit:

Zain. *Memoria memor ero: & tabescet in me anima mea.*

Zain. *Hoc recolens in corde meo, in Deo sperabo.* Qui enim semetipsum diligenter inspicit: & pro peccatis suis carnem macerare, & desideria mortificare non despicit: non solum veniam delictorum, sed & supernum præmium à vero salvatore, & clementissimo judice sperare debebit: qui omnes homines vult salvos facere. Misericors & miferitor Dominus, patiens & multum misericors: Ideo & Propheta hanc investigatam profunditatem bonitatis Dei considerans, & populi sui reatum, & protrova non ignorans vitia, subdit dicens:

Heth. *Misericordie Domini quia non sumus consumpti: quia non defecimus miserationes ejus.* Tories enim gens prava & perversa Iudeorum, Dominum ad iracundiam provocando irritavit: ut si eam secundum judicium velleret judicare: & non per misericordiam eligeret patienter sufferre: jamdudum penit desiceret: nec restitutio spem ullam haberet: quod Isaias ostendit, dicens: Væ genti peccatrici, populo gravi iniuriae, femini, filii scelerati: dereliquerunt Deum: blasphemaverunt sanctum Israel: abalienati sunt retrosum. Super quo percutiam vos ultra, edentes pravaricationem. Omne caput languidum, & omnem cor merens: à planta pedis usque ad verticem non est in eo sanitas. Vulnus, & livor, & plaga tumens non est circumligata, nec curata medicamine, nec fota oleo. Et post paululum: Nisi Dominus sabaoth reliquissit nobis seleni, quasi Sodoma fuimus, & quasi Gomorra similes essemus.

Heth. *Novi diluculo, multa est fides tua.* Loquitur ergo Propheta ad primutivam in Ierusalem Ecclesiam, laudans speciem ejus: quae post diluculum resurrectionis Christi, veterum hominem extuens, novi hominis pulchritudinem ortu suo declarabat: cuius etiam multa est fides: quia per gratiam sancti Spiritus confortata verbo predicationis, & virtutum signis plurimos ad societatem fidei, & religionem Christianam convocabat. Unde in Actibus Apostolorum scriptum est: Verbum Domini crecebat, & multiplicabatur numerus discipulorum in Ierusalem valde, & multa turba faderdotum obediens fidei. Et rursus: Multitudinem autem credentium erat cor unum: nec quisquam eorum que possidebat aliquid suum esse dicebat: sed erant illis omnia communia. Et virtute magna reddebat Apostoli testimoniun resurrectionis Iesu Christi Domini nostri: & gratia magna erat in omnibus illis. Unde ipse consequenter dicit:

Heth. *Pars mea Dominus, dixit anima mea: propriea expectabo eum.* Nam portio Domini, Ecclesiasticus est populus, sanguine Christi redemptus: de quo in cantico Deuteronomio Moyses ait: Pars Domini, populus ejus Jacob: funiculus hereditatis ejus Israel. Vel potius ipse Dominus pars ejus est, cuius amore omnia terrena despicit: & ipsum solum pro omnibus habere elegit: ad cuius aspectum futurum, & se peruenturum sperat. Ex cuius persona Propheta in psalmis ait: Defecit cor meum & caro mea: Deus cordis mei, & pars mea Deus in secula. Defecit dictus est, quoniam deest illiefficit: & jure cogitatio carnalis defecit, quae se errasse noscebat. Sed illi confiterit, cui culpam revelare remedium est, delicta confiteri securitas. Et notandum quod in uno versu, cor & in bono ponitur & in malo. Defecit cor utique mala cogitatio: Deus autem cordis, hoc est, author boni intellectus: quia eum sine eis gratia nemo habet. Illius vero hominis Deus est pars, qui se majestati ipsius, & credulitati conficiat, & probabilitate commendat. In secunda vero quod addidit, sem-

per se ipsi adhærente promisit, quod revera perfectorum est, nunquam ab illo velle difcedere, sine quo contingit semper errasse.

Teth. *Bonus est Dominus sperantibus in eum, anima querenti illum.* Bonus itaque Dominus sperantibus in eum: quia beneplacitum est Dominus super timentes eum. Quem qui querit, inveniet, & ad beatam vitam perveniet. Unde dicit Psalmista: Quaré Dominum, & vivet anima vestra. De quo & Isaia ait: Sancti qui sperant in Domino, mutata fortitudinem: assument pennas, ut aquila volabunt, & non deficient. Sed quia bonum est illi qui sperat in Domino, & ad futuram visionem pervenire certat: ut patienter omnia adversa sustineat: ut sine molestia aliorum praesentem vitam ducat, imitans illum de quo scriptum est: Ecce servus meus, suscipiam eum: electus meus, complacuit sibi in illo anima mea. Dedi spiritum meum super eum, iudicium gentibus proferet. Non clamabit, neque accipiet personam: neque audierit foris vox ejus. Calamus qualitatem non conteret: & linum fumigans non extinguet. Propterea dicit:

Theth. *Bonum est prestolari cum silentio salutare Domini.* Omnis enim bonorum vita tranquilla est & placida: inter superbos vero semper iuris sunt. Idcirco Paulus Thessalonicibus ait: Rogamus autem vos fratres, ut abundetis magis, & operam detis, ut quieti sitis, & ut vestrum negotium agatis: & operemini manibus vestris, sicut præcipimus vobis: & ut honestè ambuletis ad eos qui foris sunt: & nullius aliquid desideretis. Quod quia nemo perfectè ageat, nisi qui se à mundi concupiscentiis, & saceruli negotiis sequestrat, subsequitur dicere.

Teth. *Bonum est viro cùm portaverit jugum ab adolescentia sua.* Jod. *Sedebit solitarius, & tacabit: quia levavit se super se.* Militum ergo Christi perfectio, est exutamente habere à cunctis terrenis negotiis, & tumultu saeculi juxta illud Apostoli: Nemo militans Deo implicat se negotiis saecularibus, & cetera: eamque quantum humana imbecillitas finit, festinat unire cum Christo. Quam quidem speciem conversationis boni Eremita & Monachi, qui voto monastico discipline obligati sunt, imitari contendunt: sed rara est, & paucissimum dono Dei hæc perfectio concepsa. Is enim verè & non ex parte perfectus est: qui & in eremo squalorem solitudinis, & in cœnobio infirmitates fratrū æquali magnanimitate sustentat. Et ideo in utraque professione per omnia consummatum invenire difficile est: quia nec Anachoreta contemptum ac privationem materialium rerum, nec cœnobita theoricam ad integrum potest assequi puritatem. Sed tamen quantum superexcellat serenitas tranquillæ vita turbulentum saecularis conversionis, novit qui hanc expertus est: & dominicum iudicium in Evangelio Dominus inter duas mulieres ceruit, ad Martham dicens: Martha Martham sollicita es, & turbaris circa plurima: Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea. Et beatus David solum hoc necessarium homini esse definiens, Deo jugiter adhærente desiderat, dicens: Mihi autem adhærente Deo bonus est: ponere in Domino Deo spem meam. Et alibi: Unam petti a Domino, & cetera. Una ergo & sola est theorica, id est, contemplatio Dei: cui merito omnia justificationum merita, universa virtutum studia postponuntur. Activa etenim vita cum corpore deficit: contemplativa autem vita hic incipitur, ut in coelesti patria perficiatur: quia amoris ignis qui hic ardore inchoat, cum ipsum quem amat vident, in amore ejus amplius ignescit. Contemplativa ergo vita minimè auferatur: quia subtrahit presentis saeculi luce perficitur: sed ante omnia, humiliata & patientia custodiens servis Dei necessaria est: quia qui se exaltat, humiliabitur: qui autem in patientia virtute perseveraverit, hic salvus erit. Unde sub jungitur:

Jod. *Ponet in pulvere os suum, si forè sit spes.* Ille quippe in pulvere ponit os suum, qui humiliiter sentiens, fragilem se cognoscit: & de pulvere se factum, iterum in pulverem revertur fatetur: dicens cum Patriarcha Abraham: Loquar ad Dominum meum, cùm sim pulvis & cinis: cui & spes erit futura resurrectionis: qui cùm semper penitentia castigando carnem macerat, spiritum remissionis & futuræ gloria per Dominum misericordiam habere debebit. Hinc est quod beatus Job sapientem Domini audiens, se cognoscendo non esse sapientem, semetipsum reprehendit, dicens: Ideo insipienti loquutus sum, & quæ ultra modum

excedenter scientiam mean. Sed quia nulla est cognitio reprehensionis, si non sequitur & lamentatio penitentis eorum quæ fecit, post reprehensionem subditur: & ago penitentiam in favilla & cinere. In favilla enim & cinere penitentiam agere, est contemplata summa efflentia nihil aliud quam favillam cinereumque se cognoscere. Unde & civitati reproba in Evangelio Dominus dicit: Si in Tyro & Sidone factæ fuissent virtutes, quæ factæ sunt in vobis, olim in cilicio & cinere penitentiam egissent. In cilicio quippe aperitus, & compunctio peccatorum: in cinere autem pulvis ostenditur mortuorum. Et idcirco utrumque hoc adhiberi ad penitentiam solet: ut in compunctione ciliciori, cognoscamus quid per culpan fecimus: & in favilla cineris perpendiculariter sententiam somnare. Considerant ergo in cilicio pungentia vita: considerant in cinere per mortis sententiam subsequens iusta pena vitiorum. Quia enim post peccatum carnis contumelie surrexerunt, videat homo in aperiture ciliciori superbiendo quid fecit: videat in cinere usquequo peccando pervenit. Pote quoque cilicior ipsa in reprehensione atque penitentiam dolorum compunctio designari. Nam hoc quod ait beatus Job: Ipse me reprehendo, quasi quodam cilicio pungitur, dum in mente sua alperis redargutionum stimulis conficitur. In cinere autem agit penitentiam: quia ex primo peccato quid per iustum iudicium factus sit, solerter attendit, dicens: Ago penitentiam in favilla & cinere. Ac si aperte dicat, de nullo authoris dono superbi: quia sumpus ex pulvere, per illate mortis sententiam ad pulvrem me redire cognosco. Et quia necessarium est ut humilitatem comitetur patientia, ostendit presens Propheta, dicens:

Lamed. *Ut declinaret iudicium viri in conspectu vultus altissimi.* Lamed. *Ut perverteret hominem in iudicio suo, Dominus ignoravit.* Huic quoque simile est quod in libro Job in Eliphaz verbis legitur, ubi ita scriptum est: An cogitas quid Deus excelsior celo, & super stellarum vertices sublimetur? & dicas: Quid enim novit Deus: & quasi per caliginem iudicat, nubes latibulum eius: nec nostra confundat, & circa cardines cœli perambulat. Sunt plerique ita hebetes, ut formidare nesciant, nisi quod corporaliter vident, unde fit ut Deum non metuant, quem videre non possunt.

Mem. *Quis est iste qui dixit, ut fieret Domino non jubente?*

Mem. *Ex ore altissimi non egredientur nec bona nec mala.*

Mem. *Quid murmuravistis homines vivi pro peccatis suis.* Fuerunt enim harretici qui dixerunt Deum non facere mala: contra illud quod scriptum est: Ego Dominus formans lucem, & creans tenebras: faciens pacem, & creans malum. E contrario fuerunt alii qui dixerunt Deum creasse mala: contra id quod scriptum est: Fecit Deus omnia bona. Fuerit item alii qui dixerunt duas naturas, & duas substantias ab initio fuisse, id est, bonam & malam, cùm omnis creatura a creator sit, aut creature. Unde falsum est quod natura ulla mala sit, cùm creator summis & optimis creaverit bonam creaturam. Quia videt Deus cuncta qua fecit, & erant valde bona, Tropice igitur Deus dicitur facere mala, hoc est, aduersa merentibus infligere. Juxta illud quod in Isaia scriptum est: Ego Dominus: & non est alter, formans lucem, & cetera. Mala quæ nulla sua natura subsistunt, a Domino non creatur: sed creante se mala Dominus iudicat: cùm res bene conditas, nobis malè agentibus, in flagellum format: ut ea ipsa & per dolores quo feriunt, delinquentibus mala sint, & per naturam qua existunt, bona. Venenum quidem mors scilicet est homini, sed tamen vita serpentis. Amore enim præsentium ab authoris nostri dilectione recessimus: & perversa mens, dum delectatione creaturae subdit, à creatoris se societate disiunxit. Ex his ergo ab auctore ferienda erat, que etrans authori preponerat, ut unde homo culpam non timuit superbus admittere, inde penitentia corrigitur inveniret: ut tanto oculis respiceret ad illa que perdidit, quanto doloris penam esse consiperet que

Caph. *Cap. Quia non repellet Dominus in sempiternum.* Caph. *Quia si abjecit, & misericordia secundum multitudinem misericordiarum suarum.* Non enim in sempiternum Dominus repellit eos qui sibi corrigere volunt, & cohíbere à peccatis: quia si abjecit ad tempus, & dignè corripi ab hostibus reos permisit: iterum conversis secundum multitudinem misericordiarum suarum beneficia praefat. Huic simile est illud quod in psalmis David ait: Non in finem irasceret Dominus, neque in aeternum indignabitur. Non secundum peccata nostra fecit nobis, & cetera.

Caph. *Non enim humiliavit ex corde suo, & abjecit filios hominum.* Non enim ita despexit Deus ex corde suo genus humanum, & abjecit à procurazione solitari sui, ut ultrà propter transgressiones nolit eorum curam habere, & ope sue pietatis sustentare, sed propter bonitatem suam sustinet eos in multa patientia sua: ut de vasis ira efficiat vasa misericordia. Quia misericors & miferitor Dominus, patiens & multum misericors. De qua alia scriptura ait: Misericordia omnium Domine, quia omnia potes: & dissimulas peccata hominum propter penitentiam: diligis omnia quæ sunt, & nihil odisti horum quæ fecisti: nec odiens aliquid constitutisti. Quomodo enim posset aliquid permanere, nisi tu volueris: aut quod à te vocatum non esset, conservaretur? Parcis autem omnibus, quoniam tua sunt Domine, qui animas amas, Bonus & suavis est Domine spiritus tuus in omnibus: propter quod hos qui exercant partibus corripis, & de quibus peccant, admonens alloqueris, ut relista malitia credant in te Domine. Proinde nullo modo exstinximus est, quod creator clementissimus, causa sit perditionis hominum iniquorum: qui ad eum per penitentiam nolunt converti, sed unusquisque in peccato suo interibit. Funiculus enim peccatorum suorum unusquisque constringitur. Et anima quæ peccaverit, morietur.

Lamed. *Ut conteret sub pedibus suis omnes viatos terræ.* Nec plangit eos qui peccare cuperant, statimque desierant. Non est enim justus super terram qui faciat bonum, & aliquando non peccet, sed qui longo funiculo peccata protra-